UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CIX. Des Abtes von Himmelpfort Erklärung über die Lychensche Fischerei, vom 23. Dezember 1311.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54745

Visual Library

reuoluciones cogunt aliquando acta iam pridem nota a memoria hominum relabi et euanere; dignum duximus acta noſtra memorie digna proborum virorum teſtimonio et priuilegii noſtri patrocinio apud memorias hominum perpetuo conſeruare. Recognoſcimus igitur, quod ſano corpore prouido ducti conſilio, anime noſtre et anime vxoris noſtre domine Beatricis eterne ſalutis viam preparare volentes et celibem vitam ſacri ordinis fratrum ſacre domus hoſpitalis ſancti Johannis Baptiſte jheroſolymitani deuotis mentibus intuentes, pro remedio animarum parentum noſtrorum et domini noſtri kariſſimi Marchionis alberti pie memorie, nec non pro remedio anime noſtre et anime vxoris noſtre, domine Beatricis jam dicte, jus patronatus eccleſie ciuitatis Lichen cum omnibus ſuis attinenciis, ſicut nos habuimus, Reuerendis viris fratri vlrico Swaf ceterisque predicti ordinis fratribus perpetuis temporibus habendum pure donauimus propter deum et etiam vt in oracionibus ſuis animarum noſtrarum ſint memores et vt oracionum, ieiuniorum, miſſarum, Elemoſinarum, caſtigacionum et omnium ſanctorum operum ſimus apud deum participes, que ſepedicti ordinis fratres perpetuis temporibus per mundum exercent ſeu faciunt vniuerſum. Vt autem hec noſtra donacio corde procedens a deuoto, perpetuo ac immutabilis perſeueret, dedimus eiusdem ordinis fratribus preſens priuilegium inde confectum, Sigillo et tytulo noſtri nominis et vaſallorum noſtrorum nominibus, qui huic donacioni noſtre affuerant, inſignitum. Nomina militum ſunt Johannes de Cernin, Marquardus de Loo, Conradus wolf, Buſſo de Dolla, Hermannus de modentin, vikko mund, Tedwicus de Oriz et hermannus de Oriz. Nomina famulorum ſunt vikko et Wedego de plothe et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum Wiſmar, anno domini M° CCCII°. tercia kalendarum Februarii.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives, Joh.-Orden K. IX, 20.

CIX. Des Abtes von Himmelpfort Erklärung über die Lychenſche Fiſcherei, vom 23. Dezember 1311.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis vel audituris, Abbas, Prior, totusque conventus Monaſterii Celiporte ſalutem in Domino ſempiternam. Ad reſervandam in factis noſtris memoria dignis perpetuam et firmam durationem; notum eſſe volumus univerſis preſentibus et futuris, quod cum in aquis apud civitatem Lichen circumquaque jacentibus ſpeciales libertates Principum liberalitas nobis et Eccleſie noſtre indulſit, nos, cum hic non abſentibus, Conſulibus et univerſitati ejusdem civitatis Lichen, de libertatibus ſibi olim indultis bene et gratuito cupientes, quascunque libertates ſeu facultates piſcandi ſeu piſces capiendi in aquis prope civitatem aut alias jacentibus demonſtrare poterint et docere Privilegio Principum et Marchionum ſibi eſſe indultas, gratas et ratas ſervabimus, nihil nobis uſurpantes. Adjicientes inſuper quod annis ſingulis uni ſtagno, et non pluribus, parcere poterimus in piſcando, quod theutonice hegende. In aliis autem continuo per unam ſagenam piſcium faciemus et de piſcibus quos ceperimus partem principalem et primariam, qua preſentibus expenſis et ſumtibus non egerit, ipſis civibus principaliter vendi faciemus, et reſiduum pro noſtro bene placito in uſus nobis congruos convertemus. Ut autem hec ſingula robur ſtabilitatis perpetue ſortiantur, preſens ſcriptum inde confectum ſigillo Abbatis noſtri. Teſtes ſunt frater Ulricus Schuof, Buſſe de Dolla, Ludolphus Wodenswege,

Wedekinus et Vicko de Plate, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Lychen, Anno Dni MCCCXI., feria quinta proxima ante Feſtum nativitatis Chriſti.

Francks Alt und Neu Meckl. V, 226.

CX. Fürſt Albrecht von Mecklenburg ſchenkt dem Johanniterorden das Eigenthumsrecht und den Zins in ſeinen Gütern Gnewitz, Wokuhl, Dabelow, verwandelt jedoch den Zins aus Dabelow in eine Abgabe an die Pfarre zu Lychen, den 10. October 1337.

We Albrecht, von der gnade Godes en here thu Mekelenborch, thu Stargharde vnde thu Roſtok, begheren oppenbare thu wesen alle den, dhe nu syn vnd noch thu comen moghen, dat we met rade vſer wiſen riddere, dorch dhe ſablicheit vſer elderen ſele vnd dorch ewighes lones, des we vnd vse erſnamen warden ſyn, luterliken dorch dhe leue godes, hebben ghegheuen vnd gheuen den erbaren gheiſtliken luden den bruderen des ordenes ſente Johannes des hoſpitalis von Jheruſalem vnd eren orden den eghendom vnd den tyns, von jowelker huue enen Brandeburgeſchen ſcilling, in eren dorpen thu Wuculen, thu Gnewize vnd thu Dobelowe, dar ſe inne hebben den eghendum, vnd vortygen al des rechtes, al der plicht vnd al des deneſtes, den we went an deſſe tyd dar an hebben ghehat, dat we vnd vſe bruder Johannes, de vns lef is in Gode vnd noch vmmundich iſt, noch vſe erſnamen, dhe na vs comen; noch nenerleyge ammachtman von vns nenerleyge plicht, noch recht daran eſchen moghe. Vnde dhe tyns, alſo he hir vore beſcreuen iſt, von dem dorpe thu Dobelowe, dhe ſcal bliuen thu der wedemen thu Lychen. Alle deſſe vorſcreuene dinc vnd jowelk ſtucke beſunderen, de beſtede we ewelichen thu beſitten ſunder allerleyge hinder vnd allerleyge wedderſprake met ganzer macht den vorbenomeden bruderen vnd orden. Dat alle deſſe dinc, de hir vorebeſcreuen ſyn, ſtede vnde vaſt bliuen, ſo hebbe we vſe ingheſeghel ghehangen an deſſen gyghenwordyghen brief. Tughe alle deſſer vorbeſcreuen dinge ſynt: her Gercke von Berthecowe, her Vritze ſyn ſone, her Lyppolt Bere, Vicke Munt, riddere, vnd ander erbare lude ghenuch, de des ghewerdich weren. Deſſe brief is ghegheuen vp dem hus thu Stargharde, vnder den jaren godes duſent jar drehundert iar in dem ſeuenen dritteghelten iare, in dem neyſten vridaghe na ſente Dyonyſius daghe.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive.

CXI. Schiedsſpruch zwiſchen dem Abt Michael zu Himmelpfort und dem Comthur Heinrich von Weſenberg zu Gardow und Lychen über das Pfarr-Recht an dem Dorfe Groß Thymen, vom 17. Dezember 1342.

Nouerint vniuerſi preſencia viſuri et audituri, Quod ſuborta diſſenſionis materia inter venerabilem patrem dominum michahelem abbatem monaſterii celiporte ordinis cyſtercienſis ſue eccleſie et conuentus nomine Brandenburgenſis dyoceſis ex vna, et nos fratrem hinricum de